



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Casvvm Conscientiae De Sacramentis

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Antipharmacum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40295

suctore, hoc periculum adibit: quin potius haec mea sententia est, nec pie, nec in Domino matrimonium contrahere, qui aliam sibi sociam adsciscit, quamquam que diuortium prius cum Papa fecerit.

Quæritur L. Num Caluinistæ cum Catholica persona matrimonium censeri debeat ratum an irritum? Proposuerat Caluino hanc quæstionem Lælius Sozinus; quia Caluinus videbatur tale matrimonium non modò ut illicitum, sed etiam ut inualidum damnare. Respondet Caluinus. *Sicuti mutuus utriusque partis consensus requiritur, ut ritè Dei nomine & auspiciis consecrentur nuptiae: ita si quis ab officio declinet, non definit tamen legitimum esse coniugij vinculum, quo alter alteri obligetur. Leuitatem meritò quidem improbabit, fidem tamen datam non soluit.*

Antipharmacum.

Hæc quæstiones cum responso Caluini proponere volui, ut rubor incutiatur nonnullis Catholicis, qui tam facile vel ipsi contrahunt, vel alios contrahere matrimonia cum hæreticis sinunt, cum Caluinus tam rigidus fuerit, ut nullo pacto suos cum Catholicis conubio iungi voluerit; sed verum est illud Domini:

Filios huius seculi esse prudentiores in generatione sua filii lucis.



APPEN-